Zum 2. Teil (S. 554)
Zum Inhaltsverzeichnis
Zum Personenverzeichnis
Zum Schriftenverzeichnis
Zum Sachverzeichnis

39. DE PROGRESSIONIBUS ET GEOMETRIA ARCANA ET METHODO TANGENTIUM INVERSA

Dezember 1674

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 2 Bl. 3–4. 1 Bog. 1°. 4 S. Textfolge Bl. 4 r°, 4 v°, 3 r°, 3 v°. Datum und Überschrift auf Bl. 4 r° oben ergänzt. Geringe Textverluste an einer Ecke und im Falz sind ergänzt.
Cc 2, Nr. 820

Xb. 1674

De progressionibus et geometria arcana et methodo tangentium inversa

Progressiones magnitudinum per crementa infinite parva increscentium aut decrescentium figuris quibusdam geometricis continuo quodam motu descriptibilibus repraesentare interest ad mechanicen quoque; nam et vires et motus, sive temporum spatiorumque relationes crementa habent infinite parva: in quo differunt hae progressiones a progressionibus numericis illis, quae exacte per geometriam repraesentari non possunt.

Exempli causa progressio numerorum triangularium est arithmetica, nam geometrice exprimi non potest; et si tentaveris comperies degenerare in progressionem numerorum quadratorum. At progressio numerorum quadratorum geometrica est simul et arithmetica, nam parabolae ordinatis ad tangentem verticis accurate repraesentatur.

---

9 f. *Rechts*: Adde *Schediasma de calculo elastico*, item schediasma *Methodi tangentium inversae exemplum*, omnia eodem mense.

8 *(1)* No *(2)* Xb. *L* 11 Progressiones *(1)* figurarum *(2)* magnitudinum *L* 13 vires et *erg. L* 15 illis *erg. L* 18 est *(1)*, quia *(2)* simul *L* 22 item schediasma *(1) De (2) Methodi L*

---

17 f. degenerare in progressionem numerorum quadratorum: Die Darstellung der Dreieckszahlen als Parabel $y + \frac{1}{8} = \frac{1}{2}\left(x + \frac{1}{2}\right)^2$ führt auf die halben Quadratzahlen. 20 f. *Schediasma de calculo elastico*: Cc 2, Nr. 822; schediasma *Methodi tangentium inversae exemplum*: Cc 2, Nr. 832. Auf das vorliegende Stück verweist Leibniz jedoch (außer in Cc 2, Nr. 822) in *De methodo tangentium inversa exemplum* (Cc 2, Nr. 823); alle sind auf Dezember 1674 datiert.

Progressio omnis per regulam quandam constituitur plus minusve simplicem. Quod si geometrica est, extremitates terminorum progredientium desinere intelligentur in locum quendam sive lineam, sive superficiem, sive corpus. Qui locus variis saepe modis exprimi potest, quos interest notari, et ex iis ad descriptionem lineae vel superficiei vel corporis motu continuo faciendam, eligi simplicissimos. Regula progressionis continet vel unam indeterminatam, praeter eam quae ipsos progressionis terminos refert; quo casu locus est ad lineam, vel duas, quo casu est ad superficiem, vel tres, quo casu est ad solidum.

Porro ut nunc de progressionibus ad lineam tantum loquamur: Ordinatae seu termini progressionis ad locum seu lineam desinentes ab una parte, ex altera parte desinunt vel ad rectam, vel ad curvam; idque certa aliqua anguli determinatione; quae infinitis fieri potest modis.

Nimirum rectae ordinatae (nam de c u r v i s   o r d i n a t i s hoc loco non loquor et si id quoque aliquando usum habere possit) definito initio et magnitudine et positione seu inclinatione, ad quandam aliam figuram positione datam definuntur. Sane si dicas omnes rectas datae magnitudinis eiusdem ex puncto uno ductas terminari in circuli circumferentiam non est opus nisi duabus conditionibus quia tertia hoc casu sequitur; nempe rectam illam esse perpendicularem ad curvam ad quam terminatur. Si vero dicas omnes rectas ex puncto dato ductas triangulorum instar crescentes terminari debere in curvam quandam nondum satis dixisti, nisi explices aliud quiddam, scilicet ad quam rectam referas, aut quo angulo velis occurrere vel ipsi curvae, vel alteri lineae in quam certa lege productae

---

10 *Über* rectam: punctum

12 *Über* c u r v i s   o r d i n a t i s : NB.

1 omnis | geometrica *erg. u. gestr.* | per *L*   1 constituitur *(1)*; quae regula aut aequatione aliqua exprimi potest, aut non potest. Si aequatione potest exprimi, figura modo geometrica sit, eo ipso describi potest; potest *(2)* plus *L*   5 faciendam | est *streicht Hrsg.* |, eligi *L*   5 vel *(1)* nullam indeterminatam *(2)* unam *L*   7 lineam, vel *(1)* plures, quo casu est ad superficiem vel corpus. Na *(2)* duas *L*   8 loquamur: *(1)* Lineae a *(2)* Ordinatae *L*   10 punctum *erg. L*   10 curvam; *(1)* angulo aliquo dato, vel eodem si ad rectam, vel vario et *(2)* neque enim explicabo cum ad superficiem hinc ad lineam illinc *(3)* angulo aliquo dato, quare *(4)* idque *L*   11 f. modis. *(1)* Sane si omnes ad unum punctum *(a)* des *(b)* terminantur hinc ad unam lineam illinc, *(aa)* non est *(bb)* opus est ut vel *(2)* Nimirum *(a)* rectarum ordinatarum termino definito *(b)* rectae *L*   15 in *(1)* differentiam, *(2)* circuli *L*   19 explices *(1)*, curvam *(2)* aliud *L*   20 alteri *(1)* rectae *(2)* lineae *L*

terminarentur. Sed et fieri potest, ut non enunties unum angulum, sed ut angulus ipse certo quodam modo varietur; quod est sine dubio complicatissimum sed rarum.

Inter difficillimos etiam casus habendum est, cum postulatur, ut ipsae ordinatae faciant angulum quendam certum aut certo modo crescentem, ad curvam ad quam terminari debent. Exempli causa, si ex puncto quodam ductae ad curvam perpendiculares debeant progredi instar elementorum ∇^{li}; quaeritur curva: Sed rursus hoc diversis modis concipi potest pro diversis scilicet modis dividendi curvam in partes, prout scilicet dividitur curva in partes aequales; aut in partes aequalibus axis partibus per ordinatas (parallelas aliasque) abscissis, respondentes. Porro si calculo explicanda sit relatio, fiet vel per aequationem quandam constantem determinati gradus, aut de gradu in gradum ascendentem, ita tamen ut saltem exponentes sint determinati gradus. Vel denique fiet [per] progressionem replicatam, in qua sequens ordinata supponit praecedentem; continue; et hae progressiones sunt omnium maxime difficiles cum calculo utcunque continuato ne puncto quidem progrediamur, et si figuram per puncta describere velimus futurus sit calculus terminis parumper productis horrendae prolixitatis.

Porro ex omnibus progressionibus eae maxime utiles sunt, quibus commode describuntur figurae geometricae, quales non eae tantum sunt, quibus ordinatae communes explicantur, sed inprimis illae, in quibus poli quidam aut centra adhibentur; aut foci. Sed omnes illae progressionum expressiones quibus describi potest figura analytice ad certam reduci possunt aequationem [ordinatarum] communium et abscissarum.

Fieri potest ut figura geometrice describi possit analytice non possit ut cycloeides; quod tunc sufficit, quando figura analyticam expressionem uniformem respuit, nam etsi circulus et omnes eius partes quadrari possent, cycloeides tamen commodius quam nunc non describeretur; imo contra non aliter describetur methodo uniformi seu motu continuo. Hos ergo describendi modos voco semi-analyticos, quos scilicet ad analyticos reduci pendet a methodo tangentium inversa.

Data ergo quacunque expressione sive progressione per incrementa infinite parva, quaerendus est modus describendi geometricus sive analyticus, sive semi-analyticus. Et

6 instar *(1)* applicatarum trianguli *(2)* elementorum *L* 12 vel *L ändert Hrsg.* 19 figura *(1)* modo *(2)* motu *(3)* solis rectarum *(4)* motum *(5)* a motibus ab unico *(6)* | solis *streicht Hrsg.* | rectarum *(a)* rectili *(b)* linearum intersectionibus *(7)* ad eam reduci possunt quibus *(8)* reduci possunt ad aequationem *(9)* analytice *L* 20 ordinariarum *L ändert Hrsg.* 21 f. non possit *(1)* cum scil *(2)* ut cycloeides; *(a)* et tunc res saepe redibit ad (*aa*) alteram *(bb)* eum methodi casum, *(b)* quod *L* 22 expressionem *(1)* respuit *(2)* perpetuam resp *(3)* uniformem *L* 25 semi-analyticos *(1)*. Nihi *(2)* pendet *(3)*, quos *L*

ex problematibus eiusmodi transcendentibus sunt quaedam quae pendent ex quadraturis et imprimis sunt quae pendent ex curvarum in rectas extensionibus. Itaque tentandum est eo reducere problemata irregularia ut pendeant ex curvarum, v. g. circuli, parabolae, aliarumve in rectas extensionibus; ita solvi poterunt geometrice; seu continuo motu construi loca quorum constructione solvantur. Qualia sunt problemata interpolationum Wallisiana, problemata serierum quarundam convergentium Iac. Gregorii; constructio logarithmorum geometrica Gregorii a S. Vincentio; quae omnia geometrice fieri possunt evolutionibus curvarum aut applicationibus ad plana. NB. aliasve curvas ut si circulum ponas volvi non super plano, sed super curva parabolica; etc. si ponas stylum circumferentiae circuli evolutae non in plano sed superficie sphaerae curvam describere. Adde et superficies in rectum extensas; et corpora, quibus tamen non aeque lubenter ac curvis ad constructiones utar; nisi extrema iubeat necessitas. Quaerenda est ergo ratio problemata irregularia huc semper reducendi; quemadmodum isochronismum penduli ad cycloeidem reduxit Hugenius; et ego mesolabum generale ad trochoeidem parabolicam, cuius unius ope quotcunque inveniri possunt mediae proportionales geometrice, et omnia de rationum compositionibus et divisionibus problemata solvi.

Possunt aliqua problemata adeo esse difficilia, ut utile sit ea certis quibusdam curvis [solvi], quae physica in usum adhibita describuntur, ut vi elastica arcus tensi se restituentis, aliisque id genus artibus. Quomodocunque enim dummodo accurate uno tractu fiat descriptio; immensi calculi et horrendae alioquin necessariae operationes geometricae evitantur. Et vel hinc utile est doctrinam de figuris arcus tensi, de velorum, deque funium

1 transcendentibus *(1)* sive irregu *(2)* sunt *L* 3 f. circuli, | hyperbolae, *gestr.* | parabolae *L* 6 quarundam *erg. L* 9 ponas *(1)* agi circa *(2)* volvi *L* 13 semper *(1)* referendi *(2)* reducendi *L* 15 possunt *(1)* methodi propo *(2)* mediae *L* 18 solvis *L ändert Hrsg.* 19 artibus. *(1)* Ita enim qui *(2)* Quomodocunque *L* 19 accurate *(1)* per omn *(2)* uno

5 interpolationum: J. Wallis, *Arithmetica infinitorum*, 1656, S. 132–146, 161–165, 193–196 (*WO* I, S. 439–447, 458–460, 476–478) sowie Wallis, *Commercium epistolicum*, 1657, S. 51 (*WO* II, S. 786). 6 serierum: J. Gregory, *Vera circuli et hyperbolae quadratura*, 1668, u. a. S. 15 ff. u. 23 ff. u. 56 ff. [Marg.]. 6 constructio: Gr. de Saint-Vincent, *Opus geometricum*, 1647, Buch VI, Prop. 125–130, S. 594–597. 14 reduxit Hugenius: Chr. Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, Teil 3, prop. VI, S. 67 [Marg.] (*HO* XVIII, S. 201); Leibniz' Handexemplar enthält in der Figur auf der prop. VI gegenüberliegenden S. 66 Ritzspuren und ergänzte Punktbezeichnungen; ego: N. 38_{12} u. *Schediasma de constructione* (Cc 2, Nr. 827), datiert Dezember 1674. 21 de figuris arcus tensi: vgl. u. a. *De vitandis erroribus geometricis in re mechanica* (Cc 2, Nr. 835), datiert Dezember 1674.

intensionibus ad geometriam reduci; ut hinc appareant exempla casuum per synthesin, ut in aliis oblatis per analysin quaerantur describendi modi. Ita inquiram aliquando exactius in methodum qua demonstravit P. Greg. a S. Vincentio logarithmos esse spatiis [hyperbolicis] proportionales: eadem enim opera aliae methodi ostendentur in casibus similibus problemata irregularia revocandi ad geometricas quasdam constructiones.

San Vincentius revocavit logarithmos ad spatia hyperbolica; (: videndum quod dent circularia, vel elliptica eadem methodo tractata :) Heuratius hyperbolam ad curvam parabolicam; ego curvae sectiones in plano conservo ope trochoidis parabolicae. Ergo iunctis omnibus illis inventionibus inter se inventa est repraesentatio logarithmorum geometrica in plano, ope trochoeidis parabolicae. Horum exemplo igitur quaerenda est aliorum quoque problematum irregularium constructio ope curvarum geometricarum neque enim nunc quidem ad rem pertinet an sit analytica, quando eas construendi rationes profecto analyticis etsi inventae essent praeferremus.

Huc pertinent extensiones in rectum superficierum cylindricarum per plana angulo semirecto aliterque truncatarum, (exemplum in figura sinuum) unde rursus varia curvarum genera; quae omnia ad constructiones adhibita intelligi possunt, quando operae pretium est. Denique ubi variae sunt construendi rationes adhiberi possunt simplicissimae, neque enim refert [an] magis minusve sint analyticae; vel etiam geometricae. Certe si physicae essent, ut fit adhibito elaterio non ideo minus ad usum sufficient; hoc consilio haud dubie spiram ex recto circularique motu compositam ad quadrandum circulum adhibuit Archimedes; et si parabola ope gravis descendentis proiecti describatur, non minus erit utilis, quam si aliter descripta esset, imo erit simplicior et forte exactior.

3 Vincentio *(1)* reduci *(2)* logarithmos *L* 4 parabolicis *L ändert Hrsg.* 5 ad *(1)* casus ex quibus pendent *(2)* geometricas *L* 5 f. constructiones. *(1)* Gregorius *(2)* San *L* 8 ego *(1)* curvas illas in plano *(2)* curvae *L* 18 an *erg. Hrsg.* 20 dubie *(1)* helicem *(2)* spiram *L* 21 proiecti *erg. L*

3 demonstravit P. Greg. a S. Vincentio: s. o. Erl. zu S. 558 Z. 5. 7 Heuratius: H. van Heuraet, *Epistola de transmutatione curvarum linearum in rectas*, 1659 (*DGS* I, S. 517–520); ego: N. 38_{11-14} u. Cc 2, Nr. 827–829, alle datiert Dezember 1674. 9 repraesentatio logarithmorum: *a. a. O.* vor allem Cc 2, Nr. 827. 20 f. adhibuit Archimedes: Archimedes, *De lineis spiralibus*, prop. 24; Leibniz erwähnt die archimedische Kreisquadratur mittels der Spirale auch in der *Praefatio opusculi de quadratura circuli arithmetica* (*LMG* V S. 93 f.).



[*Fig. 1*]

Esto tabula inclinata marmorea polita, pone pilam bene tornatam ex C versus D directo ictu proici; pondere autem suo descendere durante motu, curva quam vestigiis suis in tabula nonnihil pulvere aut humore respersa relictis, aliterve signatis describet, sive parabola sit, sive alia, erit multo profecto descripta exactius quam eadem curva descripta instrumento. Inprimis autem descriptiones quae per opticen fieri possunt utiles erunt exacte, cum radii lucis lineas describant perfecte rectas. Operae autem pretium est ex tot variis inquisitionibus edi specimina quaedam prae caeteris utiliora.

Etiam cum curva quaedam vel superficies in rectum extenditur; considerari potest, quam durante extensionis motu punctum aliquod in ea sumtum describat lineam. Ita inquiri etiam potest, data figura arcus invenire figuram ad quam data tensione reduci possit, et contra, idque saltem in exemplis illustribus.

Separata est summaeque difficultatis doctrina de progressionibus in se replicatis, ubi in valorem unius ordinatae sequentis ingreditur antecedens, et proinde in valorem unius ordinatae ingrediuntur omnes; (: evenit hoc etiam in seriebus convergentibus :).

Cuius ecce exemplum: pone in temporis puncto aliquo seu spatio infinite parvo, B vim adesse quamlibet ut BC sequenti autem temporis spatio BD vim praeter priorem

2 polita *erg. L* 4 aut humore *erg. L* 16 in *(1)* tempore GB vim quaesitam adesse ut *(a)* AB *(b)* AC $\sqcap \alpha + \beta$. posito AB $\sqcap \alpha$ et BC infinite parvam $\sqcap \beta$. *(2)* temporis *L*

2 tabula inclinata: vgl. *De descriptionibus curvarum* (Cc 2, Nr. 831), datiert Dezember 1674.
6 descriptiones ... per opticen: vgl. *Methodi tangentium inversae exemplum* (Cc 2, Nr. 832) u. *De Cartesii ovalibus* (Cc 2, Nr. 833), beide datiert Dezember 1674.



[*Fig. 2*]

accedere novam, EF eiusmodi ita ut incrementum sit ad vim quandam primam, qua coeptus scilicet est motus $\sqcap \beta$, in reciproca ratione vis praesentis BC, ad β, seu ut β ad BC. Idemque cum in reliquis punctis rectae BD continuatae dici possit; et omnes BC, DF, et sequentes in curvam quandam terminentur, omnes huius curvae ordinatas nomine generali appellemus y, erit ordinata quaelibet sequens $y + \dfrac{\beta^2}{y}$. Quaeritur qualis sit ista curva, et quomodo continuo tractu describi possit; in qua scilicet crementa sint ordinatis reciproce proportionalia. Id ita inquiremus: tangens C axi BD producto occurrat in H. Iam BH appelletur l. et crementum v. g. EF appelletur c. Constat crementum EF

---

8 *Am oberen Rand der Rückseite, mit Hinweisstrich verbunden*: Solutum hic analytice problema: Invenire figuram in qua crementa ordinatis reciproce proportionalia.

2 novam, *(1)* quae sit *(a)* ad vim | proxime *erg.* | praecedentem *(bb)* proxima parte in reciproca ratione *(aaa)* quantitatis β a *(bbb)* summae virium in *(b)* ad vim β, *(aa)* ut *(bb)* in reciproca ratione summae virium *(2)* EF *L* 2 incrementum | infinite parvum, *gestr.* | sit ad vim quandam primam | infinite parvam *gestr.* |, qua *L* 4 punctis *(1)* omnibus dici possit, *(a)* appellando *(b)* ordinatam huius figurae quamlibet *(2)* rectae *L* 5 et *(1)* similes *(2)* sequentes *L* 6 f. ista *(1)* figura, et *(2)* curva *L* 8 producto *(1)* occurrat in *(2)* si opus, *(3)* occurrat *L*

esse ad ordinatam $BC \sqcap y$ ut pars axis $\alpha \sqcap BD, \sqcap CE$, ad productam $BH \sqcap l$. Ergo $\dfrac{c}{y} \sqcap \dfrac{\alpha}{l}$. Ergo $c \sqcap \dfrac{\alpha y}{l}$. Iam idem $c \sqcap \dfrac{\beta^2}{y}$. Ergo $\dfrac{\beta^2}{y} \sqcap \dfrac{\alpha y}{l}$ et $l \sqcap \dfrac{y^2\alpha}{[\beta^2]}$. Iam ex puncto C ducatur perpendicularis CM, quae axi BD reducto si opus occurrat in M, rectam BM appellemus p. Constat generaliter esse $p \sqcap \dfrac{y^2}{l}$, seu $\dfrac{BC^2}{BH}$ ob angulos CBM, et HCM rectos. Iam $l \sqcap \dfrac{y^2\alpha}{[\beta^2]}$. ergo $p \sqcap \dfrac{y^2}{\dfrac{y^2\alpha}{[\beta^2]}} \sqcap \dfrac{[\beta^2]}{\alpha}$. Hinc sequitur ipsam BM reductam esse perpetuo eandem, ubicunque sumatur punctum in curva; ac proinde curvam CF esse parabolam; quod et verum esse calculus ostendet per synthesin. Nam reperietur: crementa ordinatarum parabolae ad axem esse ipsis ordinatis reciproce proportionalia quod desiderabatur.



[*Fig. 3*]

---

5 *Nebenbetrachtung:* $\dfrac{y^2}{\alpha} \sqcap l$. $\alpha + \beta + \dfrac{1}{y}$

10 *Unter Fig. 3*: Vide huc pertinentia *Schediasmate de calculo elastico* Xb. 1674.

1 ut *(1)* recta quaedam constans CE $\sqcap$ *(2)* pars *L* 2 β *L ändert Hrsg.* 5 β *L ändert Hrsg. dreimal.*

---

10 *Fig. 3*: Die (nicht wiedergegebene) Verbindungslinie *DR* hat Leibniz gestrichen. 12 *Schediasmate de calculo elastico*: Cc 2, Nr. 822.

Eodem modo inveni subtilissimo (ausim dicere) calculo vim si in vas cylindricum $ADBC$ embolus exacte respondens concavitati oris vasculi ita intrudatur, ut aer qui antea totum vas repleverat intrudatur in spatium $LBCM$ posteaque emota vi intrudente libertas aeri detur restituendi sese; et in quolibet restitutionis loco ut GH vis elaterii qua porro nititur, tum ab ipso elaterio perseverante orta, tum et acceleratione genita recta FG curvae cuiusdam IFN, virium quaesitarum in quolibet spatii puncto progressionis repraesentantis; ordinata esse intelligatur; inveni inquam curvam eius fore naturae, ut ordinatae sint quadratorum suorum crementis reciproce proportionales, sive si alia descripta intelligatur figura EKO cuius ordinatae DE, HK etc. sint proportionales [quadratis] ordinatarum respondentium AI, GF, seu in ratione ordinatarum respondentium duplicata. Crementa autem ordinatarum DE, HK etc., nempe PQ, RS, sint ipsis AI, GF reciproce proportionales; curva ergo IFN, quae hoc praestabit, erit quaesita. Unde intelligi potest, quanti sit momenti haec inquisitio. Curva autem ista qualis sit, et an omnino analytica sit, ex earum scilicet numero, quarum puncta omnia relatione ad certam quandam rectam assumtam calculo expressa definiri possint; nondum definire possum. Est autem ista inquisitio pars methodi tangentium inversae.

Esto curva AC, tangens $CDHF$, ordinata BC, crementum EC, producta (axis dum tangenti ocurrat[)] BF, producta reciproca [HM], curvedo CD perpendicularis CG, perpendicularis reciproca CL, tangens reciproca CH, ordinata reciproca MC, abscissa AB, abscissa reciproca AM, directrix AN indefinita; DE intervallum[,] directrix reciproca, AO, indefinita. Iam generaliter abscissa est aequalis ordinatae reciprocae et contra. Crementum est aequale intervallo reciproco et contra. $\frac{CM}{HM} \sqcap \frac{AF}{AH} \sqcap \frac{FB}{BC}$. Ergo $CM, \frown BC \sqcap FB, \frown HM$ ergo rectangulum sub abscissa et ordinata aequatur rectangulo sub producta et producta reciproca.

1 f. si *(1)* vas cylindricum aëre *(2)* in vas cylindricum *(a)* aer *(b)* ADBC *(aa)* operculum exacte ostium implens *(bb)* embolus *L* 4 vis *(1)* aeris *(2)* elaterii *L* 5 tum *(1)* a novo *(2)* ab *L* 5 genita *(1)* ordinata FG *(2)* recta *L* 7 f. ut *(1)* crementa ordinatarum sint ipsis ordina *(2)* ordinatae sint *(a)* differentiis *(b)* quadratorum ipsarum ordinatarum crementis recipro *(c)* quadratorum *L* 8 proportionales, *(1)* seu *(a)* $\frac{PQ}{R}$ *(b)* $\frac{PQ}{RS} \sqcap {}^{A}$ *(2)* sive *L* 9 f. EKO *(1)* quadratis *(2)* cuius ordinatae *(a)* sint proportionales ordinatis *(b)* DE, HK etc. sint proportionales | quadratis *erg. Hrsg.* | ordinatarum *L* 10 ratione ordinatarum *(1)* duplicata *(2)* dictarum qua *(3)* respondentium *L* 12 quaesita. *(1)* Breviter ergo quaerenda est curva, in qua *(a)* crementa *(b)* ordinatae sint in *(2)* Unde *L* 18 CH *L ändert Hrsg.* 21 DE intervallum *erg. L*



[*Fig. 4*]

Innumera alia id genus theoremata condi possunt, maximo usu ad geometriam, dum scilicet ex quibusdam datis aliae investigantur, quot licet modis, variisque modis inde ortae aequationes transformantur. Porro ex data relatione inter abscissam et ordinatam caeterae omnes facile calculantur. Itaque id unum agitur ut ex data alia relatione detur relatio abscissae et ordinatae. Data relatione ⟨productae⟩ ad ordinatam datur relatio productae reciprocae ad ordinatam reciprocam seu ad abscissam. Dari relationem AH ad HM idem est quod dari relationem productae reciprocae ad ordinatam. In nostro exemplo data relatione BG ad BC quaeritur figura seu curva, seu relatio BC ad AB. Datur ergo et relatio FB ad BC. Ergo relatio DE rectae constantis ad crementum EC, nempe in nostro casu $BG \sqcap \dfrac{1}{BC}$. Iam $\dfrac{BG}{BC} \sqcap \dfrac{CE}{1}$. Ergo $\dfrac{BG}{\cancel{BC}} \sqcap \dfrac{CE}{BG \frown \cancel{BC}}$. Ergo $CE \sqcap \dfrac{BG^2}{1}$. Ergo

4 ex *(1)* datis abscissa et ordinata *(2)* data *L* 5 ex *(1)* datis aliis relationibus dentur relationes *(2)* data *L*

1 *Fig. 4*: Den von ihm zunächst mit N bezeichneten Schnittpunkt der Verlängerung von AC mit der Grundlinie hat Leibniz später gestrichen, ebenso die hier wiedergegebene Parallele zu AG durch L; im Bereich der unteren Hälfte dieser Linie ist die Handschrift schadhaft.

pro BG substituendo $\sqrt{CE}$, fiet $CE \sqcap \frac{\sqrt{CE}}{BC}$ sive $CE^2 \sqcap \frac{CE}{BC^2}$, sive $CE \sqcap \frac{1}{BC^2}$. Unde demonstratur crementa figurae propositae esse in ordinatarum ratione reciproca duplicata; at differentiae semiquadratorum ordinatarum ($\sqcap BG$) sunt in ordinatarum ratione reciproca ut initio dixi; videamus ergo an iunctis his duobus theorematis inter se, exitus haberi possit: Nimirum sunto duae ordinatae: BC, et $BC + CE$ sive BC et $BC + \frac{1}{BC^2}$[,] semiquadratum ab uno $\frac{BC^2}{2}$, semiquadratum ab altero $\frac{BC^2 + 2BC \frown \frac{1}{BC^2} + \frac{1}{BC^4}}{2}$, sive $\frac{BC^2}{2} + \frac{1}{BC} + \frac{1}{BC^4}$[,] crementum semiquadratorum $\frac{1}{BC} + \frac{1}{BC^4} \sqcap BG \sqcap \frac{1}{BC}$ absurdum. Foret enim $\frac{1}{BC^4} \sqcap 0$. Error ergo admissus inter calculandum. Satis tamen manifestum est his inter se iunctis theorematis non posse sic quidem exitum haberi, cum nondum calculum ingressa sit abscissa, ad quam tamen relatio ipsius BC quaeritur. Resumto calculo $BG \sqcap \frac{a^2}{BC}$ ex hypothesi deinde $\frac{BG}{BC} \sqcap \frac{CE}{ED \sqcap \beta}$. (Nam adicere $BG \sqcap \frac{BC^2 + 2BC \frown CE + CE^2}{2}$ inutile, satis enim video hic restitui debere quae in condendo eiusmodi theoremate negliguntur, quoties calculo ad infinite parva descenditur. Unde patet NB. non sufficere aliquando nosse theoremata ad calculum, nisi et eorum origo nota sit.) Nihil autem novi hinc deduci posse, sed aequationem sub finem fore identicam patet, quia alioqui tribus aequationibus duae ex incognitis tollerentur, tertiaque

1 $\frac{1}{\mathrm{BC}^2}$ *(1)* quod est id quod dixi crementa esse *(2)*. Unde *L* 4 ut initio dixi *erg. L* 5 ordinatae: *(1)* y. et *(a)* $\mathrm{y} + \beta$. *(b)* $\mathrm{y} + \gamma$. *(2)* BC *L* 11 hypothesi | deinde *erg.* | $\frac{\mathrm{BG}}{\mathrm{BC}} \sqcap \frac{\mathrm{CE}}{\mathrm{ED} \sqcap \beta}$. *(1)* ac denique $\mathrm{BG} \sqcap \frac{\mathrm{BC}^2 + 2\mathrm{BC} \frown \mathrm{CE} + \mathrm{CE}^2 - \mathrm{BC}^2}{2} \sqcap \frac{\mathrm{BC} \frown \mathrm{CE} + \mathrm{CE}^2}{2}$ quae duae posteriores aequationes sunt generales et locum habent in figura qualibet: Quod si ergo *(a)* quaeramus valorem ipsius *(b)* elidere velimus: BG et BC. restabit sola CE, itaque $\frac{\alpha^2}{\mathrm{BC}^2} \sqcap \frac{\mathrm{CE}}{\beta}$. item $\frac{\alpha^2}{\mathrm{BC}} \sqcap \mathrm{BC} \frown \mathrm{CE}, + \frac{\mathrm{CE}^2}{2}$. Ex priore fiet: *(2)* (Nam *L*

7 $+\frac{1}{BC^4}$: Richtig wäre $+\frac{1}{2BC^4}$; der Fehler beeinträchtigt die weitere Überlegung nicht.

residua absolute explicari posset, neque esset indeterminata quod est absurdum: Cumque relatio ipsius BG ad ipsam AB quaeratur, iudicatu facile est, sic haberi non posse, cum AB non ingrediatur calculum. Tentandum ergo an aliqua arte effici possit, ut in calculum intret.

Nimirum ut AB ad BC, ita FA seu $FB - AB$ ad AH. Demonstratum est a me alibi summam omnium AH aequari segmento $ACDA$ duplicato. Ergo summa omnium HM aequatur spatio exteriori $AMCDA$, itaque si ad omnes HM addantur omnes $PH (\sqcap \dfrac{AH}{2})$ idem est ac si spatio $AMCDA$ adderetur segmentum $ACDA$ unde fiet triangulum AMC vel ABC seu semirectangulum sub abscissa et applicata. Igitur $PM \sqcap BC - \dfrac{AH}{2}$ ducta in $DE \sqcap \beta$, seu βPM, aequatur differentiae inter $\dfrac{AB \frown BC}{2}$, et $\dfrac{AB - DE, \frown BC - EC}{2}$ sive $\beta \frown PM \sqcap \dfrac{\boxed{AB \frown BC - AB \frown BC} - DE \frown BC, -AB \frown EC + DE \frown EC}{2}$. Iam $PM \sqcap BC - \dfrac{AH}{2}$. et $DE \sqcap \beta$. Ergo $2\beta BC - \beta AH \sqcap -\beta BC - AB \frown EC + \beta EC$, cumque $\beta \frown EC$ negligi possit, fiet: $-3\beta BC + \beta AH \sqcap AB \frown EC$. Est autem $\dfrac{AH}{FB - AB} \sqcap \dfrac{BC}{AB}$. sive $AH \sqcap \dfrac{BC, \frown FB - AB}{AB}$. et $FB \sqcap \dfrac{BC^2}{BG}$. Ergo $AH \sqcap \dfrac{BC}{AB}, \frown \dfrac{BC^2}{BG} - AB$. Idemque $AH \sqcap \dfrac{AB \frown EC + 3\beta BC}{\beta}$. fiet ergo aequatio inter $\dfrac{BC^3, -AB^2 \frown BG}{AB \frown BG}$ et $\dfrac{AB \frown EC + 3\beta BC}{\beta}$, sive inter: $BC^3\beta - AB^2, BG, \beta \sqcap AB^2, EC, BG + 3\beta BC, AB, BG$. Pro BG substituatur $\dfrac{a^2}{BC}$. fiet: $BC^3\beta - AB^2, \dfrac{a^2}{BC}, \beta \sqcap AB^2, EC, \dfrac{a^2}{BC} + 3\beta BC, AB, \dfrac{a^2}{BC}$ sive multiplicatis omnibus per BC fiet: $BC^4\beta - AB^2, a^2\beta \sqcap AB^2, EC, a^2 + 3\beta BC, AB, a^2$.

---

5 ut AB ad BC: Richtig wäre $FB : BC = FA : AH$; der Fehler tritt in Z. 13 wieder auf und beeinträchtigt zusammen mit weiteren Fehlern in Z. 11 (beim Ergebnis der Subtraktion sind die Vorzeichen vertauscht) u. Z. 15 (statt $BC^3 - AB^2 \cdot BG$ müßte $BC^3 - AB \cdot BC \cdot BG$ im Zähler des mittleren Bruches stehen) sowie in S. 567 Z. 4 (beim Term $-a^2y^3x$ fehlt der Faktor 3) u. S. 567 Z. 15 (im Nenner des Bruches fehlt der Term $+a^2y^3x$) die Überlegung bis S. 567 Z. 18. 5 Demonstratum est: vgl. u. a. *LQK*, prop. VII, S. 33–35; zur Entstehungsgeschichte des Transmutationssatzes im Anschluß an Cc 2, Nr. 545/6 vgl. D. Mahnke, *Neue Einblicke*, 1926 S. 34–37 und die Erl. zu *Inventa aliquot mea geometrica*, [Sommer 1674], *LSB* III, 1 N. 29 S. 115.

Iam supra $CE \sqcap \frac{\beta BG}{BC}$ ergo $CE \sqcap \frac{\beta a^2}{BC^2}$. Unde inserendo hunc valorem fiet: $BC^6\beta - AB^2, a^2\beta, BC^2 \sqcap AB^2\beta a^4 + 3\beta BC^3 ABa^2$. Unde BC appellando y, et AB appellando x, fiet:

$$y^6 - a^2y^3x - a^2y^2x^2 - a^4x^2 \sqcap 0.$$

Ut facilius appareat an dividi possit, ordinetur secundum a, fiet:

$$a^4 + \frac{y^3 + y^2x}{x}a^2 - \frac{y^6}{x^2}.$$

Necesse est ergo dividi posse aut per $a^2 \mp \frac{y^4}{x^2}$, aut per $a^2 \mp \frac{y^3}{x}$. Sin ordinetur secundum y, necesse est si dividi potest dividi posse per $y^4 \mp a^2x^2$, vel $y^3 \mp a^2x$ vel denique si ordinatur secundum x, fiet: $x^2 \quad \frac{+y^3\cancel{a^2}}{\cancel{a^2}y^2 + a^{\cancel{4}2}}x \quad \frac{-y^6}{a^2y^2 + a^4}$ quo casu solus ex prioribus divisoribus tentandis restat: $x \mp \frac{y^3}{a^2}$. Multiplicetur per $x + b$. fiet: $x^2 \mp \frac{y^3}{a^2}x \mp \frac{y^3b}{a^2}$. Unde conferendo:
$\qquad\qquad\qquad\qquad + b \;\; ..$

$b \sqcap \pm\frac{y^3}{y^2 + a^2}$ et fiet: $\frac{\mp\cancel{y^3}}{a^2} \pm \frac{\cancel{y^3}}{y^2 + a^2} \sqcap \frac{\cancel{y^3}}{y^2 + a^2}$, sive $\mp y^2 \boxed{\mp a^2 \pm a^2} \sqcap a^2$. Quod est absurdum. Ergo nullum habet aequatio inventa divisorem rationalem. Aequatione ergo ad tangentes ordinata fiet:

$$6y^6 - 3a^2xy^3 - 2a^2x^2y^2 \sqcap + \quad 2a^4xl + a^2y^3xl, \text{ et fiet : } l \sqcap \frac{6y^6 - 3a^2xy^3 - 2a^2x^2y^2}{2a^4x + 2a^2y^2x}.$$
$$+ 2a^2y^2 ..$$

Iam $l \sqcap \frac{y^4}{a^3}$ unde fieret $6y^4a - 3a^3xy - 2a^3x^2 \sqcap 2a^2xy^2 + 2y^4x$. quae aequatio eadem esse deberet cum superiore $y^6 - a^2y^3x - a^2y^2x^2 - a^4x^2 \sqcap 0$. quod cum sit absurdum, signum est calculi falsi. Ut tamen appareat an methodus ista valeat ad methodum tangentium

4 f. $\sqcap$ 0. *(1)* Dividatur per y^2 *(2)* Ut *L* 8 si dividi potest *erg. L* 9 secundum x, *(1)* necesse est dividi posse per *(2)* fiet: *L*

1 Iam supra: s. o. S. 565 Z. 11. 5 Ut facilius appareat: Das Verfahren zur leichteren Ermittlung der Wurzeln einer Gleichung durch wiederholtes Umordnen wird in *Schediasma de divisionibus*, dat. Dez. 1674 (*LSB* VII, 1 N. 143) aufgegriffen.

inversam; ideo aliud exemplum quaeram, in quo constat de solutione: Nimirum quaeramus figuram, in qua crementa ordinatis reciproce proportionalia; inventum est figuram esse parabolicam, sed investigandum hoc per eam qua nunc usus sum, analysin.



[*Fig. 5*]

$CE \sqcap \frac{a}{BE}\beta \cdot \frac{FB}{BE} \sqcap \frac{\beta}{CE} \sqcap \frac{\beta}{\frac{\alpha\beta}{BE}} \sqcap \frac{BE}{a}$. Ergo $FB \sqcap \frac{BE^2}{a}$. Iam $\underbrace{FB - AB}_{FA}$ ad $AH \sqcap FB$ ad BE. fiet: $\frac{BE^2}{a} - AB$ ad $AH \sqcap \frac{BE^2}{a}$ ad $BE \sqcap BE$ ad a, sive $AH \sqcap \frac{a, \frown \frac{BE^2}{a} - AB}{BE} \sqcap BE - \frac{ABa}{BE}$. Iam $2PM\beta \sqcap AB \frown BE,,-,BE - CE, \frown AB - \beta$ sive $\sqcap$ $\boxed{AB \frown BE - BE, AB} + BE\beta + CE, AB - CE\beta$, sive $2PM\beta \sqcap BE\beta + \frac{aAB\beta}{BE} - \boxed{\frac{a\beta^2}{BE}}$

1–3 *Dazu, später ergänzt:* $d\overline{y} \sqcap \frac{a}{y}$. Ergo $yd\overline{y} \sqcap a$. Ergo $y^2 \sqcap xa$. $\frac{y}{y+\beta} \sqcap$ [*bricht ab*]

2 inventum est: vgl. Cc 2, Nr. 832 (s. o. Erl. zu S. 555 Z. 20 f.).

sive $2PM, BE \sqcap BE^2 + aAB$. et $PM \sqcap \dfrac{BE^2 + aAB}{2BE}$. Iam $PM \sqcap \dfrac{2BE - AH}{2}$. et $AH \sqcap \dfrac{BE^2 - ABa}{BE}$ ergo $PM \sqcap \dfrac{2BE^2 - BE^2 + ABa}{2BE} \sqcap \dfrac{BE^2 + ABa}{2BE}$ quae aequatio identica est, et forte servire potest ad theorema nostrum non detecta origine demonstrandum. Sed ad methodum tangentium inversam nihil inde opis esse video saltem in hoc exemplo[,] an tamen in alio res procedere possit, non determino, quia scio esse aliquas methodos quae in parabola ob nimiam eius simplicitatem non procedant. Imo repetito brevius calculo superiore, vidi sic quoque rediri denique ad identitatem. Nam retenta figura novissima $BG \sqcap \dfrac{a^2}{BE}$. Iam $\dfrac{CE}{DC \sqcap \beta} \sqcap \dfrac{BG}{BE} \sqcap \dfrac{a^2}{BE^2}$ sive $CE \sqcap \dfrac{a^2\beta}{BE^2}$. Pone $ML \sqcap BE$. Constat ex superioribus summam omnium HL aequari rectangulo $ABEM$ (quia omnes HM aequantur figurae $AMEDA$ et omnes ML seu BE, figurae $ABEDA$). Ergo $HL \sqcap BE + HM \sqcap$ differentiae inter $BE \frown AB$, et BC vel $[ND] \frown AN$. Est autem $\dfrac{HM}{EM \sqcap x \sqcap AB} \sqcap \dfrac{BE}{FB} \sqcap \dfrac{BG}{BE} \sqcap \dfrac{a^2}{BE^2}$. Ergo $HM \sqcap \dfrac{a^2x}{BE^2}$ ergo $BE\beta + \underset{\dfrac{a^2x\beta}{BE^2}}{\boxed{HM\beta}} \sqcap BEx$ demto $BE - \dfrac{a^2\beta}{BE^2}$, $\frown x - \beta$ seu demto $BEx - \dfrac{a^2\beta}{BE^2}x - BE\beta + \boxed{\dfrac{a^2\beta^2}{BE^2}}$. Ergo fiet $BE\beta + \dfrac{a^2x\beta}{BE^2} \sqcap \boxed{BEx - BEx} + \dfrac{a^2\beta x}{BE^2} + BE\beta$ quae aequatio identica est signum elegans veritatis theorematum quibus usi sumus; sed nihil inde novi duci potest. Habet problema propositum illud praeterea difficillimum ut ne quidem ad aequationem quatuor incognitarum quae determinatione duplici ad duas radices aequales reducatur ad duas denique indeterminatas, resolvi possit. Una ergo superest via tentanda, quam nunc exponam.

3 est, *(1)* neque inde quicquam duci posse putem, *(2)* et *L* 4 f. an *(1)* forte *(2)* tamen *L* 6 procedant. *(1)* Sed *(2)* Tamen *(3)* Imo *L* 9 f. HM | aequantur *streicht Hrsg.* | aequantur *L* 11 BD *L ändert Hrsg.* 16 Habet *(1)* hoc theorema *(2)* problema *L* 17 aequationem *(1)* trium *(2)* quatuor *L* 18 duplici *erg. L*

6 f. calculo superiore: s. o. S. 565 Z. 11.

⟨In⟩ problemate proposito quaeritur figura, cuius ordinatis appellatis y. productae sint $\dfrac{y^3}{a^2}$. An autem possibile sit figuram analyticam reperiri quae satisfaciat, ita indagabimus: Sumamus aequationem generalem, quae in infinitum continuata comprehendat figuras analyticas possibiles omnes; continuemus nunc quidem usque ad 4$^{\text{tum}}$ gradum, ut sit:

$$bx^4+cx^3y+dx^2y^2+exy^3+fy^4+agx^3+ahx^2y+akxy^2+aly^3+a^2mx^2+a^2nxy+a^2py^2+a^3qx+a^3ry+a^4s \sqcap 0.$$

et ordinando ad tangentes fiet:

$$\begin{array}{cccccccc} 4bx^3t+ & 3cyx^2t+ & 2dy^2xt+ & ey^3t \sqcap & -4fy^4- & 3ex\ \ y^3- & 2dx^2y^2- & cx^3y \\ +\,3ag\ldots & +\,2ahy\ .. & +\ aky^2. & & & -3al\ \ldots & -2akx\ .. & -\ ahx^2\ . \\ & +2a^2m\ .. & +a^2ny\ \ . & & & & -2a^2p\ .. & -a^2nx\ \ . \\ & & & & & & & -\ a^3r\ \ . \end{array}$$

eritque $t \sqcap \dfrac{y^3}{a^2} \sqcap$
$$\begin{array}{cccc} -4fy^4- & 3ex\ y^3- & 2dx^2y^2- & cx^3y \\ & -3al\ldots & -2akx\ .. & -\ ahx^2\ . \\ & & -\,2a^2p\ .. & -a^2nx\ \ . \\ & & & -\ a^3r\ \ . \end{array} \smile \begin{array}{cccc} 4bx^3+ & 3cyx^2+ & 2dy^2x+ & ey^3 \\ & +3ag.. & +\,2ahy\ . & +\ aky^2 \\ & & +2a^2m\ . & +a^2ny \end{array}$$

quae aequatio reducta eadem esse debet cum prima. Quodsi fieri non potest, ut singulis terminis cum singulis comparatis et literis quibusdam destructis, ut similes reddantur aequationes potest per multa examina iudicari. Tunc sequitur figuram quaesitam neque primi neque secundi neque tertii neque quarti gradus esse posse. Si t. ponatur $\sqcap \dfrac{y^2}{a}$. non difficulter invenietur figuram esse parabolam. Sed si sit $\dfrac{y^3}{a^2}$. omnia difficiliora. Duo hic inquirenda sunt, primum an compendiose definiri queant figurae aptae si quae sunt, ne

1 f. productae *(1)* sint axis *(2)* sint *L* 2 figuram *(1)* geometricam *(2)* analyticam *L* 5 f. sit: *(1)* $ax^4+bx^3y+cx^2y^2+rdx^3+rex^2y+rfxy^2+r^2gx^2+r^2hxy+r^2ky^2+r^3lx+r^3my+r^4n \sqcap 0.$ | Unde ordinando ad productam axis x, fiet: *streicht Hrsg.* | $4ax^3p+3byx^2p+2cy^2xp+rfy^2p$ *(2)* bx^4+cx^3y+
$$\begin{array}{ccc} +\,3rd\ \ldots & +\,2rey\ .. & +\,r^2hy. \\ & +\,2r^2g\ .. & +\,r^3l\ \ . \end{array}$$
$dx^2y^2+exy^3, +afx^3+agx^2y+ahxy^2, +$ *(3)* bx^4 *L* 13+17 $+ey^3$ *(1)* et multiplicando per crucem *(2)* quae *L* 19 figuram *(1)* datam *(2)* quaesitam *L* 20 posse. *(1)* Et videnda hic *(2)* Si *L* 21 omnia | paulo *gestr.* | difficiliora. *(1)* Quod *(2)* Duo *L*

nimis multis opus sit examinibus; deinde an ratione quadam certa diudicari possit; si in his gradibus res non procedit, processura sit in altioribus. Interim in iis fateor exemplis, in quibus methodus tangentium inversa per determinationem formulae propositae ad duas radices aequales absolvi potest, exitus citius invenitur; neque tentando.

Rem autem quia calculi est prolixioris alibi absolvemus: Quid vero si constet nullam figuram analyticam succedere, et quaestio sit an non aliqua geometrica transcendens inveniri possit, quemadmodum aliqua ex trochoeidum genere aut volutarum, aut helicum.

Habemus aut habere possum indices ac velut formulas omnium figurarum geometricarum, quaerendum an possibile sit formulas quasdam quasi analyticas dare figurarum transcendentium.

Quod duplici modo fieri potest, uno breviore sed minus perfecto; altero tam prolixo sed tam perfecte analytico quam possibile est arte humana. Modo minus perfecto, dum praeter duas indeterminatas x. et y. tertia adhibetur portio scilicet quaedam curvae in rectam si placet extensae, quae appelletur ω.

Ita analytice cycloeides, trochoeides, aliaeque figurae explicari possunt. Potest et fieri ut plures una curvae adhibeantur, ad quarum portiones referenda sit curva proposita; eaeque erunt aut a se invicem independentes; aut dependebunt a se invicem; et vel analytice vel semianalytice per methodum scilicet tangentium inversam, perfectam aut imperfectam. Quodsi analytice a se invicem dependent duae curvae ad unam ω reduci possunt sin semianalytice reducentur quidem omnia ad unam curvam, sed si methodus tangentium inversa est perfecta accedet alia adhuc recta incognita quae eliminari posset, si posset determinari aequatio ad duas aequales radices geminate. Sed si per gradus methodo cuius hic et alibi specimen dedi res sit resolvenda; tunc fateor omnia ad unam curvam reduci non poterunt.

Quod si iam illam ipsam quoque curvam elidere velimus; tunc designatio adhibebitur tam perfecta quam fieri potest. Nimirum per methodum tangentium inversam perfectam

3 per *(1)* aequationes *(2)* determinationem *L* 4 f. tentando. *(1)* Quodsi iam *(2)* Rem *L* 7 f. helicum. *(1)* Tunc scilicet praeter duas incognitas *(2)* Ut ergo *(3)* Habemus *L* 9 sit *(1)* addere indices form *(2)* formulas *L* 20 semianalytice *(1)* possunt *(2)* reducentur *L* 22 duas *(1)* rectas *(2)* aequales *L* 25 velimus; *(1)* accedet rect *(2)* tunc *L*

5 alibi absolvemus: vgl. *De methodo tangentium inversa per aequ. duarum radicum aequalium* (Cc 2, Nr. 839). 23 alibi specimen dedi: vgl. Cc 2, Nr. 823 und 824.

inquiretur in eius curvae longitudinem; et ita habebitur aequatio duarum incognitarum capitalium, sed unius duarumque praeterea intervenientium, eliminandarum determinatione ad duas radices aequales.



[*Fig. 6*]

Exemplo utamur cycloeidis: Esto curva cuius ordinata $\sqcap \dfrac{a^2}{\sqrt{a^2-x^2}}$. Eius quaeritur quadratura id est quaeritur curva AC, cuius [reducta] $BD \sqcap \dfrac{a^2}{\sqrt{a^2-x^2}}$. Erit $\dfrac{a^4}{a^2-x^2} + y^2 \sqcap s^2$. appellando $AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. $BD \sqcap \dfrac{a^2}{\sqrt{a^2-x^2}}$. et $CD \sqcap s$. Fiet aequatio: $a^4 + a^2y^2 - x^2y^2 \sqcap a^2s^2 - s^2x^2$. in qua aequatione tam x. quam y. duas habent radices aequales. Inventa y. erit arcubus circuli seu elementis cycloeidis (demtis sinubus) respondentibus proportionalis. Cum autem impossibile sit invenire figuram analyticam circuli quadratricem, ut alibi demonstravi, ideo nec poterit solvi hoc problema per determinationem ad duas radices aequales. Tantum ergo ipsis x. et y. signum adscribendum est quo significetur habere tam unam quam alteram duos valores aequales; et ita analytice quantum possibile est expressa est aequatione figura circuli quadratrix, homogenea arcubus, geometrica sed non perfecte analytica. Rectius forte ipsi s. circumdabitur signum, quo intelligatur esse minimam seu proinde ea conditione accedente debere eliminari et fiet: $a^4 + a^2y^2 - x^2y^2 \sqcap a^2 s^2 - x^2 s^2$.

1 aequatio *(1)* trium et quat *(2)* duarum *L* 5 utamur *(1)* in cissoeide: *(2)* cycloeidis: *L* 6 cuius *(1)* ordinatae *(2)* | reductae *ändert Hrsg.* | BD *L* 10 analyticam *erg. L*

11 ut alibi demonstravi: vgl. u. a. Cc 2, Nr. 1102, zweite Propositio und *LQK*, prop. LI S. 127 f.

Ipsius autem y. quadratorum dimidiatorum figura erit perfecte arcuum circuli summatrix, ergo pro $\frac{y^2}{2}$. ponamus za. fiet $y^2 \sqcap 2za$. et fiet: $a^4 + 2a^3z - 2x^2az \sqcap a^2\, s^2 - x^2\, s^2$. et figura omnium z. erit arcuum summatrix. Et $z \sqcap \frac{a^2\, s^2 - x^2\, s^2 - a^4}{2a^3 - 2ax^2}$. cui si addatur $\sqrt{a^2 - x^2}$. sinus circuli, ponendo scilicet n. elementum cycloeidis valere $z + \sqrt{a^2 - x^2}$, tunc inquam fiet:

$n \sqcap \frac{a^2\, s^2 - x^2\, s^2 - a^4 + 2a^3\sqrt{a^2 - x^2} - 2ax^2\sqrt{a^2 - x^2}}{2a^3 - 2ax^2}$. in qua aequatione tam x. quam n. duos habent valores aequales: Idque ob s. duplicato circulo inclusam subintelligendo perfecta quantumlicet habebitur designatio cycloeidis per analysin. Quod si iam cycloeidis perpendiculares quaerantur; videndum est, an per analysin istam eae possint haberi, quemadmodum inveniuntur facile per geometriam, tunc autem determinanda sunt omnia ad tres radices aequales, ut ex calculo patet, facta scilicet inquisitione in tangentes Cartesii more per duas radices aequales. Quod an succedat, et an hoc omnia de cycloeide praestari possint quae per geometriam communem; (et per consequens multa alia) vicissim an alia problemata constructu difficilia difficultatesque id genus reduci possint ad cycloeidem; videndum est et quod ad novissimum attinet, analysis ostendit viam. Nam ipsa s. velut tertia indeterminata cogitanda est, et locus ad cycloeidem erit velut locus ad superficiem seu tres indeterminatas. Igitur formulis trium incognitarum explicabuntur curvae transcendentes, instar superficierum. Sed restant facienda; nimirum (1) eligendum quando illae formulae pendent ex curvae in rectum extensione, potius quam ex quadratura, (2) videndum an et quando quadraturae et alia talia problemata reduci possint ad curvarum in rectum extensiones, (3) videndum an et quibus modis difficultas reduci possit ad seriem numerorum rationalium; seu quando figurae datae quadrandae alia exhiberi possit analytica rationalis aequivalens, (4) an hoc modo per summas numerorum rationa-

1 f. arcuum *(1)* quadratrix *(2)* summatrix *L* 4 circuli, *(1)* tunc perfecte fiet: ae *(2)* ponendo *L* 8 quantumlicet *erg. L* 11 patet, *(1)* nova scilicet adhibita incognita *(2)* facta *L* 17 indeterminatas. *(1)* Videndum ergo an ex formulis istis ad *(2)* Igitur *L* 20 an et *erg. L* 23 possit *(1)* geometrica *(2)* analytica *L*

12 Cartesii more: vgl. R. DESCARTES, *Geometria*, *DGS* I, 1659, S. 40–50 [Marg.] (vgl. *DO* VI S. 413–424).

lium semper problemata ista solvi possint, etsi non constructionibus generalibus, (5) an difficultas quadraturae semper reduci possit ad simplicissimae quadraturam figurae, vel simplicissimae curvae in rectum extensionem, (6) exemplo logarithmorum inquirendum quomodo figurae transcendentes non replicatae ((quae methodo mea ex methodo tangentium [inversa] (sed plerumque imperfecta,) pendent,)) sed gradu aequationis continue variantes ad figuras geometricas sive etiam analyticas quadrandas possint reduci cum et figura angulorum possit in exemplum valere.

5 inversa *erg. Hrsg.*

40. SERIERUM SUMMA PER DIFFERENTIARUM MOMENTA
[Oktober 1674 – Januar 1675]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 223–224. 1 Bog. 2°. 4 S. Überschrift erg. Text zweispaltig.
Cc 2, Nr. 776

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für den Zeitraum September 1674 bis Januar 1675 belegt. N. 40 ist vermutlich nach N. 38 entstanden, zu dem es außer den thematisch bedingten Korrespondenzen auch konkrete Verbindungen gibt: Von den Figuren *A*–*C* auf S. 584 f. wird nur die fig. *C* im Text behandelt; die funktionslose fig. *A* ist wohl eine Übernahme der Fig. 1 von N. 38_6 S. 423. Auf S. 583 Z. 8 f. äußert sich Leibniz zur Zerlegung der Polynome $y^3 + y^2 + 1$ bzw. $y^3 - y^2 + y - 1$; ähnliche Bemerkungen finden sich auch in N. 38_2 S. 391 Z. 13 f. u. N. 38_{10} S. 465 Z. 16 – S. 466 Z. 2, wo Leibniz die zugehörigen Rechnungen durchführt.

Serierum summa per differentiarum momenta

(1)	$\frac{1}{1}$		$\frac{1}{2}$		$\frac{1}{3}$		$\frac{1}{4}$		$\frac{1}{5}$		$\frac{1}{6}$	
(2)		$\frac{1}{2}$		$\frac{1}{6}$		$\frac{1}{12}$		$\frac{1}{20}$		$\frac{1}{30}$		
(3)		1		$\frac{1}{3}$		$\frac{1}{6}$		$\frac{1}{10}$		$\frac{1}{15}$		
(4)	$\frac{1}{1}$		$\frac{1}{4}$		$\frac{1}{9}$		$\frac{1}{16}$		$\frac{1}{25}$		$\frac{1}{36}$	
(5)		$\frac{3}{4}$		$\frac{5}{36}$		$\frac{7}{144}$		$\frac{9}{400}$		$\frac{11}{900}$		addatur
(6)		$\frac{1}{4}$		$\frac{1}{36}$		$\frac{1}{144}$		$\frac{1}{400}$		$\frac{1}{900}$		fiet
(7)		1		$\frac{1}{6}$		$\frac{1}{18}$		$\frac{1}{40}$		$\frac{1}{75}$.		

20 *Nebenrechnung*:
$$\begin{array}{rcl} \cancel{2}6 & & \\ \cancel{9}\cancel{0}0 & \not{f} & 75 \\ \cancel{1}\cancel{2}2 & & \\ 1 & & \end{array}$$

A 5. auferatur 6. fiet:

$$
\begin{array}{lcccccccccc}
(8) & & \frac{1}{2} & & \frac{1}{9} & & \frac{1}{24} & & \frac{1}{50} & & \frac{1}{90} \\
 & & & \frac{7}{18} & & \frac{15}{216} & & \frac{26}{1200} & & \frac{40}{4500}. & \text{Repetatur 3.} \\
 & & \frac{1}{1} & & \frac{1}{3} & & \frac{1}{6} & & \frac{1}{10} & & \frac{1}{15} \\
(9) & & & \frac{2}{3} & & \frac{3}{18} & & \frac{4}{60} & & \frac{5}{150} & \\
(10) & & & \frac{2}{3} & & \frac{1}{6} & & \frac{1}{15} & & \frac{1}{30} & \\
(11) & 0 & \frac{1}{3} & & \frac{1}{9} & & \frac{1}{15} & & \frac{1}{24} & & \frac{1}{35}
\end{array}
$$

$$(12) \quad \frac{1}{3} \quad \frac{6}{27}\Big|\frac{2}{9} \quad \left[\frac{6}{135}\right] \quad \frac{9}{360}\Big|\frac{3}{120}. \ \text{Confer 12. et 9.}$$

---

14 *Nebenrechnungen zur Lesart zu Z. 7:*

Nicht gestrichen:

$$\begin{array}{r} 150 \\ 15 \\ \hline 139\,[!] \end{array}$$

Gestrichen:

$$\frac{6}{139}\Big|$$

Nicht gestrichen:

$$\frac{6}{9 \frown 15 \sqcap 135}$$

7 (11) *(1)* $\underbrace{\frac{1}{1} \quad \frac{1}{3}}_{\frac{4}{3}}$ $\underbrace{\frac{1}{3} \quad \frac{1}{9}}_{\frac{12}{27}\big|\frac{4}{9}}$ $\underbrace{\frac{1}{9} \quad \frac{1}{15}}_{\frac{6}{135}\,(!)}$ $\frac{1}{24}$ $\frac{1}{35}$ *(2)* 0 *L* 8 $\frac{6}{27}\Big|\frac{2}{9}$ | $\frac{6}{135}$ *erg. Hrsg.* | *(1)* $\frac{6}{144}\Big|\frac{2}{72}$ *(!) (2)* $\frac{9}{360}\Big|\frac{3}{120}$ *L*

---

7 $\frac{1}{9}$: Richtig wäre $\frac{1}{8}$. Leibniz rechnet zunächst konsequent weiter; den angekündigten Vergleich der Differenzenfolgen (12) und (9) führt er jedoch nicht durch, sondern schreibt die Folgen (11) mit dem falschen Wert $\frac{1}{9}$ und (3) an und bildet die Summenfolge von (3). S. 577 Z. 13 schreibt er die Folge (11) zunächst wieder mit dem falschen Wert an, verbessert dann aber in $\frac{1}{8}$.

$$\begin{array}{lcccccccccccccccc}
 & \frac{1}{3} & . & \frac{1}{9} & . & \frac{1}{15} & . & \frac{1}{24} & . & \frac{1}{35} & . & \frac{1}{63} & . & \frac{1}{80} & . & \frac{1}{99} \\
 & \frac{1}{1} & & \frac{1}{3} & & \frac{1}{6} & & \frac{1}{10} & & \frac{1}{15} \\
(13) & \frac{4}{3} & & \frac{9}{18}\Big|\frac{1}{2} & & \frac{16}{60}\Big|\frac{4}{15} & & \frac{25}{150}\Big|\frac{5}{30}\Big|\frac{1}{6}
\end{array}$$

Sit 6. in distantias a vertice fiet

$$\begin{array}{lcccccl}
(14) & \frac{1}{4} & \frac{1}{18} & \frac{1}{48} & \frac{1}{100} & \frac{1}{150} & \text{quae incipit}
\end{array}$$

ut dimidia 8. sed non continuat.

Si 7. multiplicetur in distantias a vertice, fiet 3. quod significat summam summarum huius seriei 7, aequari summae seriei 3.

Eodem modo si 8. multiplices per distantias a vertice unitate auctas seu per numeros 2. 3. 4. 5. fiet iterum series 3. Hinc ex serie 8 et 14 . iunctis habetur series 4. At eadem habetur ex sola serie 14 . per marginalia notata NB. NB. Ergo ex sola serie 8. etiam habetur 4.

$$\begin{array}{lccccc}
 & \frac{1}{3} & \frac{1}{8} & \frac{1}{15} & \frac{1}{24} & \frac{1}{35}, \\
\text{ab} & \frac{1}{3} & \frac{1}{6} & \frac{1}{10} & \frac{1}{15} & \frac{1}{21}
\end{array}$$

---

5 *Nebenrechnung*: $\cancel{3}$
$\cancel{9}\cancel{0}0$ $\cancel{f}$ 150
$\cancel{6}\cancel{6}6$

11 NB. NB. Nam 7 − 6 $\sqcap$ 5 et 7x − 6x $\sqcap$ 5x. $x \sqcap$ 1. vel 2. vel 3. seu distantiae a vertice. Iam 5x dato datur 4. Ergo datis 7x et 6x dabitur 4. Datur autem 7x nam $\sqcap$ 3. Et datur 3 ut constat. Superest ergo 6x quam nondum habeo. Et quae adeo pendet ex 4x.

6 ut *(1)* dupla *(2)* dimidia *L* 9 unitate *(1)* minutas, seu per *(2)* auctas *L* 10–12 Hinc ... habetur 4 *erg. L* 13 $\frac{1}{3}$ *(1)* $\frac{1}{9}$ *(2)* $\frac{1}{8}$ *L*

---

5 $\frac{1}{150}$: Leibniz rechnet $6 \cdot \frac{1}{900}$ statt $5 \cdot \frac{1}{900}$ und verfehlt so die Identifizierung $(14) = \frac{1}{2}$ (8).

$$\begin{array}{llllll} [(15)] & 0 & \frac{1}{24} & \frac{1}{30} & \frac{1}{40} & \frac{[2]}{105}, \text{ ducatur in distantias, fiet} \\ & & \frac{1}{12} & \frac{1}{10} & \frac{1}{[10]} & \frac{[2]}{21}. \end{array}$$

Hac methodo saepissime invenimus summam figurae quae datae seriei summas continenti sit aequivalens.

Hinc sequitur, quotiescunque serie in numeros naturales ducta figuram reperimus summabilem, videndum an data summa haberi possit.



[*Fig. 1*]

Differentiae cuiuslibet figurae ductae in numeros naturales seu intervalla a vertice, aequantur figurae complemento. Ideoque si proposita quadam serie in numeros naturales ducta productum quadrari seu summari potest et summa illa a parallelogrammo isopar-

---

1 *Nebenrechnungen*:

